

Prüfungsteilnehmer

Prüfungstermin

Einzelprüfungsnummer

Kennzahl: _____

FRÜHJAHR

62410

Kennwort: _____

1994

Arbeitsplatz-Nr.: _____

Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen

- Prüfungsaufgaben -

Fach: Latein (vertieft studiert)

Einzelprüfung: Übersetzung Latein/Deutsch

Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben): 1

Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage: 2

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem con-
2 sulto ipsa fugiens eique ipsi et suspecta et invisa, ut, vel si
3 quis universam velit vituperare, secundo id populo facere possit,
4 vel si in eam, quam nos maxime sequimur, conetur invadere, magna
5 habere possit auxilia e reliquorum philosophorum disciplinis. Nos
6 autem universae philosophiae vituperatoribus respondimus in Hor-
7 tensio, pro Academia autem quae dicenda essent, satis accurate
8 in Academicis quattuor libris explicata arbitramur; sed tamen
9 tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime
10 optemus. In ipsa enim Graecia philosophia tanto in honore numquam
11 fuisset, nisi doctissimorum contentionibus dissensionibusque
12 viguisse.

13 Quam ob rem hortor omnis, qui facere id possunt, ut huius quo-
14 que generis laudem iam languenti Graeciae eripiant et transferant
15 in hanc urbem, sicut reliquias omnis, quae quidem erant expeten-
16 dae, studio atque industria sua maiores nostri transtulerunt.
17 Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum,
18 ut iam, quod natura fert in omnibus fere rebus, senescat brevique
19 tempore ad nihilum ventura videatur, philosophia nascatur Latinis
20 quidem litteris ex his temporibus, eamque nos adiuvemus nosque
21 ipsos redargui refellique patiamur. Quod i ferunt animo iniquo,
22 qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et
23 consecrati sunt eaque necessitate constricti, ut etiam, quae non
24 probare soleant, ea cogantur constantiae causa defendere: nos,
25 qui sequimur probabilia nec ultra id, quod veri simile occurrit,
26 progredi possumus, et refellere sine pertinacia et refelli sine
27 iracundia parati sumus.

28 Quodsi haec studia traducta erunt ad nostros, ne bibliothecis
29 quidem Graecis egebimus, in quibus multitudo infinita librorum
30 propter eorum est multitudinem, qui scripserunt. Eadem enim
31 dicuntur a multis, ex quo libris omnia referserunt. Quod accidet
32 etiam nostris, si ad haec studia plures confluxerint. Sed eos, si
33 possumus, excitemus, qui liberaliter erudit adhibita etiam dis-
34 serendi elegantia ratione et via philosophantur.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Beschreiben Sie das semantische Feld von *secundus* (3) und *disciplina* (5)!
2. Geben Sie sprachgeschichtliche Erläuterungen zur Form *omnis* (13, 15)!
3. Z. 25f.: In Überlieferung bzw. Konjektur finden sich statt *nec ultra id, quod veri simile occurrit, progredi possumus* auch die Varianten
 - a) *nec ultra quam id quod ...,*
 - b) *nec ultra quam quod ...,*
 - c) *nec ultra quam ad id quod.*

Diskutieren Sie die Varianten nach grammatischen, stilistischen und inhaltlichen Gesichtspunkten!